

Sermo factus in die

omnibus. donec euulso scismate/pax plan-
tetur. Quod si mirabitur forsitan alius ex aliter
affectatis vñ nob ista licent/attendant po-
tius qd hanc nobis legem facit ipsa q legē ne-
scit/dura necessitas. imo et filialis pietas q
p medios etiam ignes et gladios/mrem ta-
lem ita collaboratē/eripe conaret. **E**cce
morbus inueteratus et putridus q ex fom-
tis leuioz inderiora quotidie velut can-
cer serpit. si ergo ferramentuz cauterisans
adhibeatur/nullus recte culpauerit. **D**e-
mum cū p hac neutralitate in vñ tractan-
da/principes ac magnates vtriusq obie-
cōmoda celeritate congregari non possent
n'los suo quesumus cōceptui deputet ius
ptis n're/quā pbabilissima rōe plibat' pge-
nitor noster et nos hacten' fuim' insecuti/
in hac neutralitate cōdemnatum vel depl' s-
sum/cū nūc n̄ de iure huius vel illius/sed
decedendo iuri vero vel p'nto/p vnione
cōsequēda res agatur. **Q**uāobrem vos
omnes et siles hortamur in xpo. et peaz qd
de immaculata spōse sue eccie laceratiōe fe-
da. cōpassionem geritis obtestamur arripi-
te nobiscū validū hoc et efficac' sicut expe-
ctamus in dei p'ute pestis huius extermi-
niū vt denegatio hec obie vtriusq cōtenden-
tiū/afferat nob tandē ppetuam vnanimē-
q obiam sub vno et certo xpi vicario/qua-
tinus seruiamus deo in pulcritudine pacis
et reqie opulenta. **I**n quoz omniū fidē et te-
stimoniu pntes literas nostri sigilli fecim'
munimine roborari. **D**atū p'ius die. xij.
Januarij. **A**nno dñi. **D**cccxxij. et regni
n'ri. **xxvij.** **C** Finis.

z Eiusdem sermo ha-

bitus coram concilio Cōstantiē. in domi-
nica qua erat festum sancti Anthonij.

Nuptie facte sunt in chana galis-
lee et erat mater ihu ibi. **S**crip-
tum est originaliter Jo. ij. et re-
citate in euangelio dñice currē-
tis/qd ad honorem gloriosissimi p'ris
Anthonij cuius hodie celebritas agit inferius
deducetur. **S**ed dum nuptie facte sunt in
chana galilee. erat mater ihu ibi/Assis et tu-
pia mater ihu nobiscū in hoc sacro concilio

loco vbi est mystice chana galilee/vbi alle-
gorice fiunt nuptie. **I**nterpretatur enim cha-
na zelus/et galilea transmigratio. **E**st autē
hic zelus transmigratiōis. sed quo et vnde
Amirū ex hoc mūdo ad patrem/et chana
in hierl'm que edificatur vt ciuitas qd pere-
grinamur a dño nec habemus hic ciuitatē
manentem sed futuram inquirim' que est
hierusalem mater nostra. **V**ides inqt bñ/
dictissima mater ihu. quemadmodum cele-
bratur sinodaliter in hac mystice chana ga-
lilee in hoc sacro concilio loco dignissima nu-
ptiarū xpi ihu filij tui et ecclesie copulatio.
Ad qd ita? sane qntis eccia sponsa agni/ne-
q laceretur amplius scismate/neg detur
petur errorib/neg deformata maneat vi-
cioz feditate. **A**ssis igitur ad has nupri-
as o Maria. **A**ssit et filius tuus ihus cum
discipulis suis scis omnibus/inuitat' p'ci-
bus a nobis. quo adueniente cōmuret ob-
secramus apud nos assidentes in his nup-
tijs/aqua grauis et insipida sapientie ter-
rene animalis et diabolice. in vini optimū
sapientie salutaris/qd nos ebria quadam
sobrietate lenificet/cor robozet et sit in nob
vinum germinans virgines/hoc est virgis
nales puras et integras affectiones. imple-
antur ydzie cordium aqua lacrimose com-
punctionis. **F**iat hoc intercedente te o sa-
cer heremi cultor. **A**nthoni gloriosissime
fili matris eccie ac in vniuersa terra nomi-
natissime cuius hodie solēpnitas celebrat'
Fiat et hoc insinuante et petente te beatissi-
ma et misericordissima mater ihu m' salu-
tis/quā ideo salutamus/depmentes suauis-
simū illud gabrielis epithalamū dū in pa-
latio virginalis vteri tui nupsit humanita-
ti diuinitas. **A**ue gratia plena dominus te-
cum. **N**uptie facte sunt in chana galilee
et erat m' ihu ibi. **S**i dicam q sentio pa-
tres apli patres deo amabiles et spectabi-
les dñi/tanta misterioz pntis euāgelij ma-
iestate tanta dicēdoz numerositate suffun-
ditur et pmitur mee mentis acies inualida
vt quid p'mum dicam quid omittam v'zoi
scerno. **L**adit in me illud narcissi p'biloca
p'ri/iuuenis apud nasonem et ad fontem in-
opem me copia fecit. **E**cce nuper in ipso me-
ditationis mee secreto dum pntis euange-
lij verbis intenderem apparuit ipm velut
fons illimis et nitidus/fons vite verbū dei
in excelsis. tanq p'terea speculum quoddā
pyrrissimum sine macula. resissimumqz/

tales quales dicunt aliqđ esse spectini in q̄ re
 lucent ex vniuersi corporis obiectu quatuor ima
 gines speculo non fracto. **V**isa est nempe
 mihi respicienti p̄sens euangelium qua
 dzuplex expositionis sacre scripture facies
 q̄i totidē decore virgines/filie celestis sapien
 tie/quarum nomina et officia quidam me
 tro comprehendit dicens. **L**ittera gesta
 docet quid credis allegoria. **M**oralis qđ
 agas quo tendas anagogia. **H**is itaq; quatuor
 imaginibus insignitur fons et speculuz
 sapientie diuine/bis quatuor faciebus or
 natur in vtroq; testamento sacra scriptura
 sicut figurat **E**zechielis visio in animalibz
 et in rotis. **D**ecempe duo testamēta sunt
 velut si sit rota in medio rote. **A**llegoria fi
 dem/anagogia spem/moralitas caritatem
 littera simul tria hec docet et edificat. **P**ru
 dentiam allegoria in fide. **F**ortitudinem a
 nagogia in spe. **T**emperantiam moralitas
 in caritate. **I**usticiam littera sub appropri
 atione quadam tradit. **S**apientia enīz cu
 tus sunt filie/sobrietatem et prudentiaz do
 cet et iusticiam et virtutem. i. fortitudinem
 ait sapiens. **Q**ueret aliquis quorsū ista
 et quid obscurum hoc sibi velit exordium
 respectu thematis huius. **N**uptie facte
 sunt in chana galilee et erat mater **J**esu ibi
Dicam vt potero diuersas siquidem nup
 tias intuitibus mee cōsiderationis oppo
 nebat quadruplex ista species expositiōis
 sacre scripture/quasi tetras virginalis/sua
 dens vna queq; virgo quatin^o de suis nu
 ptijs p̄mum et potissimum haberet verbū

Littera corporales nuptias

Allegoria spūales et sacramentales

Moralitas sensuales

Anagogia eternales obiectebat.

Dicebat littera corporales nuptias hono
 rabiliores esse q̄s dñs hodie signoz suozū
 exordio/suaq; p̄sentia cū matre et discipu
 lis honorans consecrauit/quarum fuit p̄
 or institutio in paradiso terrestri. nondū in
 nocentie statu dep̄dito/quando p̄phetavit
 patriarcha primus adā p̄pterea relinq̄t bō
 patrem suum et matrem suam et adhibebit
 vxori sue et erunt duo in carne vna et cetera.
Per quas nuptias impletur mūdus obe
 diendo p̄me iussioni. **A**rescite et multipli
 camini et replete terram. **D**icigitur tu p̄
 dicatur^o/quales hodiernae et qualiū p̄sōa
 rum fuerint nuptie. et si **J**ohis euangeli
 ste put opinati sunt aliqui qua rōne potu

ir dici virgo si nubere disposuit. **C**ur ibi fu
 erit mater **J**esu que vagari que misceri cuz
 ludentibus non nouerat. **C**ur illic inuita
 ti ih̄us et discipuli/quibus sobrietas et mo
 rum grauitas erat amicissima/et quales di
 scipulos cum nondum p̄dicaret/habebat.
Anquid virginalis **M**arie sponsus **J**o
 seph interfuit/et si non/que ratio/si sit/cur
 tacetur. **C**ur velut austere/respondit **J**es^o
 matri verecunde petenti et dicenti. **V**inuz
 non habent/quid mihi et tibi mulier non
 dum venit hora mea. **H**ora qualis erat il
 la christe tanq̄s aliqua tu fati necessitate te
 nereris. **E**xpone p̄terea quale fuerit vinum
 illud et qualiter ex aqua factum. et si rubcū
 fuerit iuxta illud. **A**que rubescunt ydrie.
Cur vinum bonum et ita inebriatum p̄pi
 nauit conuiuijs **J**esus/qui postmodū ius
 sit vt non grauentur corda nostra crapu
 la et ebrietate/de qua tamen ebrietate loq̄
 tur hic ad sponsum archifriclinus quasi n̄
 reprobet eā in conuiuijs sed suaderet. **D**m
 nis homo primum bonum vinum ponit
 et cum inebriati fuerint tunc id quod dete
 rius est r̄c. **R**ursus habet questionem si nu
 ptie **J**oseph et **M**arie fuerint tempore suo
 hodierna more iudeoz et pene omnigeni
 tū solepniter celebrare qđ vtriq; faciendū eē
 videtur. **N**ō enīz fuit clā destinum matri
 monium sed legitimum: itaq; **J**oseph p̄
 desponsationem **M**arie in hierusalem pri
 mo suscepit eam. **P**ostmodum in familia
 rem conuictum more gentis sue sc̄do/dem
 tertio post annunciationem angelicam iō
 seph super ea certificatus a maria et ab an
 gelo in somnis fecit iuxta textum euangeli
 cum sicut p̄cepit ei angelus et accepit mari
 am cōiugem suam. accepit intelligitur so
 lepnī nuptiarum que acceptio dicitur con
 uentio illa. **D**e qua **B**artheus **A**nsequā
 conuenirent inuenta est. non dubium. quī
 a **J**oseph/habens in vtero de spiritus factio
Non quidem ex vteri tumore cognouit **B**
Joseph eorum honore saluo qui opposi
 tum scripsisse et pinxisse videntur. **Q**uid
 enim scandalosius apparuisset indeis cō
 nuenientibus ad celebritatem nuptiarū ma
 rie q̄s videre tumescens eius vterum.
Sed hec in eplā quadam sup celebratiōe
 virginalis coniugij **J**oseph et **M**arie/la
 tius notata sunt. **P**ostremo q̄re d̄r hoc ini
 tiū eē signoz q̄ fec̄ ih̄s. nūqđ antea caruis
 se miraculis. nūqđ ocio^o fuisse credē^o est.

Sermo factus in die

Littera virgo sepe itegerrima / quia semper verissima / ceteris auctoritate prior quia vacillanter relique non subsisterent / cōquiere suadebat hec et similia / dum soror eius allegoriam profundissimo intelligentie spiritu plena subintulit. pferende sunt / crede mihi spūales sacrales qz nuptie / qz sunt xpi sponsi ad ecciam sponsam / quarū sit cōiuiuium in templo eccie / cōione panis et vini in sacramento altaris / he fuerit initiare in primo instanti incarnationis in thalamo yteri virginis / ratificate in instanti mortis christi / isti p aquā et sanguinē et cōsumantur in instanti eternitatis p felicitatē ppetuā. Unde sicut res pfectior est qz sit signū eius sic has nuptias digniores eē qz corporales fateri necesse est. **U**n quid dicit apłus de corporalibus nuptiis audi. **S**acram in qz hoc magnū est signū / signū. s. rei sacre s; qliter et quōti xpo dico et eccia. **F**iguratur celebriter hec dōpōsatio in solēnitare dedicationis templi materialis / et exprimitur a **Johe** in **Apocalip** : dū dicit se visse hierlīm nouam descendente de celo tāqz spōsā ornata viro suo. **Q**ualiter autē mīriōniū ade p statu innocētie si nō peccasset / quō p̄te rea virginalē cōiugiū ioseph et marie nunqz cōsumatum / p̄signauerint sacraliter mīriōniū xpi cū eccia docere / paratus sum / dicit allegoria / si et dū studio sitas speculatrix familiaris nra q̄siuerit. **P**ausare videbat allegoria dū verbū sum / p̄sit soror eius moralitas prudētissima et tota s̄m nomē suū morigera / suades comme morari debere nuptias sensuales. **N**ō quidē vt exerceant (p̄cul hec impietas) sed vt fugiant ab hoib; / qz in abominabili p̄stibulo cōcupie / et in volutabro luti carnalis / dissimio spurcissimo qz sūt / dum cōtrahita nimalis hō cū sensualitate seu cōcupiscētia sensuali. **I**nitiat autē mīriōniū hoc adulteriū in illecebrosa cogitatione. **R**atificat i consensu vero vel interpretatiuo. **C**onsūmatur in ope voluptatis libidinose / qz feda est / qz deformis feralis et sordida / exosa tandem et penosa. **P**ropterea singulariter p̄cepit **Haac** **Jacob** filio suo ne acciperet vxorē de genere chanaan. **C**hanaan interpretatur erubescens. **E**t qd erubescendū q̄so magis ipa libidinū vili voluptate cuius sunt exitus odiosi tristes et amari qui plus aloes q̄ mellis habent. **F**igurat hoc nob **Amon** qui nimio amore sororis sue **Chamar** succensius / procurauit eius cōcubitum sedne

fario ope cōsumato audi qd sequit et ero / sam habuit eam. ita vt maius eēt odiū quo eam oderat. amore q̄ eam dilexerat. **F**ugēdas igit doce tu nuptias istas iqt moralitas qm̄ euenit sp̄ i eis illud machabeoz. **L**ouerse sunt nuptie in lucrū / et vox musicorū in lamentū. **E**cce tamē qz repleuerūt mundū sordib; suis qm̄ corrupit ois caro viā suam ita vt q̄ i apto et q̄ occulto sūt turpe sit dicere ita vt vx̄ etiā in cōfessione possint extorq̄ri nisi obstetricate manu dñi coluber tortuosus extrahatur a corde. **T**ur em̄ 30 / doma interpretat muta / nisi qz mutos sūt cōfessione cōsuevit p̄cipitare in stagnum sulphuris ardētis / cuius fumus tormentorū ascendit in secula. **H**as a puero nuptias sordidas libidinis / execratus **Anthoni** / suspirauit cū p̄s. **Q**uis dabit mihi penas sic colūbe et volabo et requiescā. **E**cce elongauit fugiens secure sane sicut ioseph pacem fugit egiptiā et mansi in solitudine. **A**d hāc de **Anthoni** solitudine cōmemorationem q̄ toties in anagogicos raptus est mēt̄ / excessus. exorsa ē q̄ta soror anagogia nū mōrtalē sonās. et diuinā in facie mōstrans originem. hec ad celestia librās oculos tracto eximo pectoris deuoto suspirio / suggerere / mihi videbatur et dicere **Eya** qd besitata / nimis tuus / qd vacillat dubius / an in / tribus nuptiis vel in meis plus bear inistere sermo tuus. **T**ertū tene nuptias meas et ternales eē de q̄b; in matheo **V**enit spōsus et q̄ pate erant intrauerūt cū eo ad nuptias. **E**t clausa est ianua. **E**t in apocal. **G**audemus et exultemus et dem̄ glām deo qz venērūt nuptie agni / erytor eius preparauit se et datus est illi vt opiat se bissi / nū splēdes et candēs / bissi / nū enī iustificatiōes sunt sanctorū. **S**equit beati q̄ ad cenā nuptiarum agni vocati sunt. **A**udi tu recogitās et suspirā. audi suspensus cor ad celestia exemplo **Anthoni** cuius interpretatio sonat sursum tenens. **S**ed q̄ ad cenam em̄ agni vocati sunt. ita vere beati si tamē vacat venire vel nō tardauerint vt fatue virgēs vel nō cōtēpserint sicut ille q̄ emerat villā mūdanevanitatis. alter iuga boū terrene curiositatis. alter qz duxerat vxorē de q̄ nūc soror moralitas loq̄bat pessimā / q̄ ē cōcupia carnal voluptatis. **I**ta ē p̄ meā fidē (subintulit cōfestim moralitas vt erat acris in vicia) hec carnalis voluptas pessima est meretrix. **F**igurat eam **Dalida** / sedutrix que

sampsonē accensum et debilitatū tradidit hostibus philisteis/ac relicto eo pfida pti-
nus copulata est alteri viro. **N**unc igitur
et spera fidem aliquam in tali cōiugio car-
nalis cōcupiscentia contrahit ad interituz
Sed neq; ibi securū est sed execramentuz
id est execrande rei signum scz adhesionis/
anime cū demone neq; ples deniq; quoni-
am qui tenet eam iuxta verbū **J**ob pascit
sterilem que non parit. **P**orro deficit vi-
num deuote cōpunctionis in nuptijs eius
quia non est mater **J**esu ibi. neq; vocatur
Jesus cum discipulis suis ad eas / sed nec
vocatus interesse dignaretur. nimirū si fa-
git eas **A**nthonius. **L**oquebat hec mo-
ralitas dum visa est anagogia parum per-
ferre moleste q; suam de nuptijs eternalibz
orationem interruperat. **H**or etiam litte-
ra. mox et allegoria contendere parabant.
(vt ita loquamur humano more) altera al-
teram puenire/locutura pns vnaqueq; de
nuptijs suis integro pfecto q; sermone.
Tunc ego quiescite pcor interim vos ger-
mamediu ineq; sorozes **N**olite tumultuari
nolite cōtendere/ne fortassis dicendoz or-
do turbetur. nihil egre tuleritis/sat; id mi-
hi fuerit hactenus vos reuelasse oculos me-
os vt considerarem mirabilia de lege dñi/
Animaduerto quippe velut vnā esse faciē
omniū vestrum/qm nuptie tue corpora/
les o littera significant et sacramentales ec-
clesie. et spūales gratie. et eternales glē. **E**t
quarum pulcherrima puritate patet execra-
tio nuptiarum sensualium quales iure suo
detestatur moralitas. **R**ursus allegoria
manuducit ad anagogiam et ad vtrāq; li-
tera moralitasq; subseruiunt **S**imilitervi-
dere est in singulis faciebus vestris. **R**elu-
cet attū peculiariter in littera/facies homi-
nis qm solus inter animalia/litteris et hy-
storijis vti notit **R**elucet in allegoria faci-
es leonis ppter fortitudinem illius quā edi-
ficat fidei. nonne leonina tibi videtur ista
fortitudo que vincit mundū/hecramen est
victoria que vincit mundū fides nostra.
Relucet in moralitate facies bouis ppter
tempantiam et domabilitatem laboriosam
quam docet mos: **R**elucet tandem i ana-
gogia ppriissime facies aquile supeminens
quoniam edocet p spem ad celestia leuare
sursus corda. **C**ompissa est bis auditis
sorozia quelibet disceptatio filiaz sacre sa-
pientie q; sue sunt quattuor exponēdi scri-

pturam sacra modi **A**ge inquit vtere de/
inceps p arbitrio tuo nobis oibus et singu-
lis aberit liuoz omnis. neq; suboriet mur /
mur vlluz. **D**educ vt libuerit verba thema-
tis tui. **N**uptie facte sunt in chana galilee.
et erat mater **J**esu ibi. **A**st ego ptes sapi-
entissimi. p. orthodoxi et honorabiles do-
mini decreui mecu plus de reliquo pcedere
iuxta doctrinam allegorie. que quō creden-
dum est instruit et his q; littera tradit ee ge-
sta. **D**ouer pcpue consideratio sacrilacti
huius generalis cōcilij repñtantis ecciam
quā in fide despōsavit sibi xp̄us: **D**e quo
Johes baptista q; habet spōsam. spōsus ē.
figuratus in soloqui est tanq; sponsus pce-
des de thalamo suo **D**ic spōsus oia pdidit
oia repabit ppter cōiunctiōz nuptiarū ista-
rum; Nam ppter nos homines et ppter no-
stram salutem descendit de celis. **P**ropter
quā et alias rōnes. dicitur est etiam a phis
homo finis omniū sub deo. **I**nitiatur
autem he nuptie p grām fidem et spem in
senti de futuris bonis. **R**atificatur p a de-
priedem pme stole in aiabus sanctis. **C**on-
summabuntur in die nouissimo p possessi-
onem stole duplicis anime et corporis.
Vel dic aptius q; matrimonium istud ini-
tatum est in promissione facta sanctis pa-
tribus. **H**inc dicitur in **A**pocalipsi q; ag-
nus occisus est ab origine mundi. **R**atifi-
catum fuit in incarnatione quando verbū
caro factum est. **C**onsummatū in passiōe
postq; christus dixerat **C**onsummatū est.
Unde **A**ug? **H**abit sponsa dum sponsus
moritur / **F**igurat hoc **E**ua de **A**de dormi-
entis latere formata. **P**eter aliquis qua-
le cōiuiū hñt he nuptie? **H**abet qsi pran-
dium matutinū in cōiuiū eucharistie vbi
est vinū anime purissimū sanguis xpi con-
uersione mirabili. **U**nde **D**avid exultabū
dus in figura gloriabatur parasti in p spe-
ctu meo mensam **S**equitur et calix me⁹ in
ebrians quā pclarus est. **H**abent cenaz ve-
spitiam indeficientem in cōiuiū celestz
glorie vbi beati sunt prout allegauit ana-
gogia qui ad cenam nuptiarum agni vo-
cati sunt. **C**onformiter hoc ad legisperituz
dicentem christo. **B**eatus qui comedit pa-
nem in regno dei. vbi etiam vinum bibe-
tur nouum teste christo. dum torrente vo-
luptat; tue potab eos dñe **P**ergebat me
ditatio cordis mei allegoria duce lau⁹ disse-
rere d nuptijs istis eccie ob fuerētā huius

¶ Sermo factus in festo

facrosancti generalis concilij. dum affluit studiositas speculatrix vna ex ancillis sapientie/familiari dilectione sibi gratissima/
Hec tona videbatur alacris et leta. eaz qp/pe nouiter introduxerat **Rex** et **Architriclinus** in cellam vinariam. de qua proclamans inuitat sapientia/bibite amici et inebriamini carissimi. **I**stic biberat studiositas sobriam ebrietatem spūs/que more suo multa conquirens/nominatim super his nuptijs hodiernae diei nunc a lra nunc ab allegoria. nūc a moralitate. nūc ab analogia in modum tetralogi. **S**tetit tandem magis quoniam ita me velle conspexit in allegoria. cui verbum dirigens dicit/quit o doctric optima. **P**rimum qbus ad ornata est donibus ecclesia sponsa a christo sponso suo. **D**einde qualis est habitudo christi sponsi ad ecclesiam sponsam. **Rur**/sus viceversa qualis est habitudo sponse huius ad sponsum suum. et ad eius vicarium quem appellamus summū pontificem
Amplius quarto/qualiter et qz vtiliter de carnale cōiugium voluit huius spiritualis signum esse. **S**ubinde quo pacto moral ecclesia spūalem significat/sicut mutuas sibi laudes et nomina communicet. **D**emū sexto/quibus modis et locis sacre scripture figurantur he nuptie christi et ecclesie
Quibus expeditis pergā ad reliqua **U**erum recte ammones o religiosa deuotio/celebritas est hodie gloriosissimi et toto orbe famatissimi patris **Antonij** cuius vita tot admirandis ornata virtutibus fulsit vt magna sit institutio magnum exemplar et forma bone vite et fidei **Antonij** scire quis fuerit. **Q**uamobrem interseras precor non dicam omnia (hec itaqz fieri nequit) sed vel pauca laudum suarum preconia/vt in tali filio glorificetur mater ecclesia in cuius mirificationem manifestauit gloriam suam/christus sponsum ecclesie.
Dabet scio littera gestorum suorum questiones non inutiles nec infimas. quas pscrutata sum ego studiositas si et dum vacauerit. sicut de comparatiōe vite solitarie et heremitice cum laudibus suis ad cenobicam/et vite actiue ad contemplatiuam. et prelatice ad religiosam. **S**i beatus **Antonius** sacerdos fuerit. **S**i subiectus in ordine hierarchico platis maioribus et minoribus sicut tradere videtur **Dyonisius** in ecclesiastica hierarchia. **D**abet proinde

dubium si discrete sumitur heremi solitudo in seruoze nouitio qui est sicut vinū nouum sine spiraculo **H**ec enim reprobasse videntur sancti patres/quoniam plurimū habet hec vita solitaria aduersarie et impugnatorie tēptationis/prout ex his q passus es didicisti o athleta strennuissime sacer **Antonij** **N**unc in flagellatione etiam visibili demonum. nunc in mille isidijs astutiarum suarum /super quibus astutis infallibiliter agnoscendis et distinguendis si dabilis est ars certa dignum est inquisitione. **D**abet rursus questionem lra de hypocētauris et satyris **S**atyri sunt q pedes habent caprinos. frontem cornuta et nares aduncas. hos inuenisse memoratur beatus **Antonius** dum ad visitationes pmi heremite **Pauli** solus pergeret per vastam illam heremi solitudinem. diu fuerint vel bestie et monstra heremi. vel calodemones/aut ca cademones iuxta platonicoz locutionem. aut homines. suadetur hoc vtilitum/quoniam ipi stridore quodam fremdentes se in christum credere cōfessos beronimi refert narratio. **S**ed his interis et similibus silentio pressis questionibus/illo pergas oro quo scificata es ordine/o allegoria. **Q**uod annūes ipa/delecto inquit imprimis o studiositas cultric sapientie. q fidem. q religionem. q deuotionem tuam. q zelum sciendi sedula monstras. nihilominus qz arta sit hora loquendi vides **E**xpediam de ppositis quātum dabitur.
Reliqua vero que iam apud medicata te/neo scriptis interferam. **D**abet igit prima questio tua quibus adornata est donibus ecclesia sponsa a christo sponso suo. **E**t dotes offerunt in munere. **O**ffer se dos iugis fecunditatis. ita vt non deficiat vsqz in finem generatio sua. **J**urauit hoc christus. **A**men quippe dico vobis nō perteribit generatio hec donec omnia fiant loquitur de apostolis et discipulis quibus et ascendens in celum dixit. **E**cce ego vobiscum sum vsqz ad consumationem seculi.
Dos altera est plenarie potestatis tante siquidem si credis **Augustino** quantā habet sponsum suum et qz tam deicit et vtile fuit haberetalem spōsam iure nuptialis copule. **D**abet licet summus pontifex plenitudinem potestatis ecclesiastice subiectiue ordinatiue regulatiue et suppletine super singulos de eccia. nihilominus habet ec

defia synodali congregata plenitudine patris
 et super papa ordinatone reglarie et supple
 tione que verba quod sint accipienda tractatu
 lus quidam nup editus pandit. qui prodi
 et in publicum magis ad examinationem
 que determinatiōem magis que ad elucidatiō
 nem veritatis que ostentatiōem vanitatis.
 quis ultra multiplicare sermones quod opus
 est super ea veritate cuius decisio clarissima
 solidissima que facta est per hoc sacrum conciliū
 cui non licet obniti nec ipsam in argumen
 ta deducere quoniam disputationū et argumēta
 tionū et evasionū friuolarū nullus vnquam ef
 fer finis sed casus assiduus in errores absurdos
 insanosque impios. Vere et grauer ecclesia
 stes intonuit quare non proferret contra ma
 los iniusticia filij hominis absque villo timore per
 petrat mala. Nunquid non id sacre huius syno
 di constanti impugnantur iudicia que sic ha
 bent. **Primo** declarat que ipsa in spiritu sancto
 legitime congregata generale conciliū facies.
 et ecclesiam catholicā militatē repūtas/patē
 tem a christo immediate habere cui quilibet cui
 eius status vel dignitas etiā si papalis exi
 stat obedire tenet in his que pertinent ad fidem
 et extirpationem dicti scismatis ac generalē
 reformationē ecclesie dei in capite et in mem
 bris. **Item** declarat que quicumque cuiuscun
 que status vel dignitatis etiā si papalis exi
 stat qui mandatis statutis seu ordinatiōi
 bus aut preceptis huius sacre synodi et cui
 cuique alterius concilij generalis legitime co
 gregati super premissis seu ad ea pertinentibus fa
 ctis vel faciendis obedire cōtumaciter cō
 tempserit nisi resipuerit cōdigne penitētie
 subijciatur et debite puniatur etiā ad alia iu
 ris subsidia si oportuerit recurrēdo. **Huius**
 veritati fundate supra petram sacre scriptu
 re quisquis a proposito detrahit cadit in here
 sim iam damnatam quā nullus vnquam the
 ologus maxime pisicē et sanctus asseruit
 vidi nup scripsit **Thomā et Bonauauēturā**
 hic reliquorum libros non habeo dant supre
 mam et plenā summo pontifici potestatem ec
 clesiasticam recte proculdubio sed hoc fa
 ciunt in compatione ad fideles singulos et
 pticulares ecclesias. **Dū** aut compatio fa
 cienda fuisset ad autoritatē ecclesie synodali
 ter congregate subiecissent papam et vsum
 potestatis sue eidē ecclesie tanquam matri sue cuius
 legem dimitti non debere tradit sapiēs tan
 quam preterea regule vel legi directiue et regulati
 ue infallibiliter cui se submittere tenet om

nis frater peccabilis de ecclesia cuius au
 thoritatem et iudicia si non audierit frater
 quilibet etiam papa qui nobiscum dicit pa
 ter noster audiat quid iusserit omnia ca
 tholico christus sit tibi inquit sicut ethni
 cus et publicanus. id est excommunicatus. **Ve**
 rum hac hactenus alias plura si dabit.

Dedit in super tertio ecciam corpus/am
 pla temporalitate nolens eam opprobrio
 se mendicanti subditam esse neque contē
 ptui absit. **Vera** sit illa predicatio que medici
 tas est solum vel precipuum medium secun
 dandi ecciam per semen verbi dei quia di
 uitie inquit suffocant semen verbi. **Nō** vti
 que diuitie que corporales sunt sed cura di
 uitiarum nimia pungens et laceraans adu
 latrix et ambiciosa que si cadat in mendici
 tatem non aliud testimonium quam experientie
 mentiri nescientis exquiratur. **Quid** qu
 to que dotata est ecclesia in filiis et in edifica
 tionem corporis sui tot sacramentis tot vir
 tutibus moralibus et theologis tot do
 nis tot beatitudinibus tot fructibus spi
 ritus tot gratijs gratuitis a spiritu sancto suo
 distribuyente vnicique prout vult. **Nam** ali
 os quidem dedit apostolos alios prophe
 tas. **Adde** quinto que affert ad nuptias
 istas vnusquisque filioz ferculum suū sym
 bolum suum et encenium suum put iocun
 do satis nec inuili studio descripsisse legi
 tur **Cyprianus** de nuptijs sacre scripture.
Sed hanc vnam pro presenti inuenim^{us} do
 tem que et proposito nostro et euangelio quod tracta
 mus et **Anthonij** laudibus videtur accō
 moda. **Hec** dos est vini bonitas tristes cer
 te viderentur nuptie si vor ista iugiter in
 sonaret. **Vinum** non habent. **Solu**it hoc
 sponsus ecclesie christus sed aquam con
 uertit in vinum et manifestauit gloriā suā
At vero paruam hanc nec reputandam
 fortassis ecclesie dotationem sed bibulam
 et ridiculam existimabis o studiositas si
 vel nescieris vel non aduuerteris precio
 sissimas vini de quo loquimur proprietates.
Neque enim de vino materiali quod in
 ebriat et quo est luxuria litteraliter hic lo
 quimur. **De** quo **Sapiens** multos extermi
 nauit vinum. **Sed** spirituale ac theologi
 cum vinum intelligimus proorsus optimū
 iocundissimum et sanatiuum hoc est vinū
 sacre scripture ad quod iuuat sapiētia. **Ve**
 nite inquit comedite panem et bibite vinum
 et vini fortitudinē ex effectibus suis que dece

Sermo in festo

inuenimus positos in **Esdra** si mistice loqui libuerit colligimus **Ubi** primus triu inueni dicit forte vniu et quis subdiderit alius fortior rex et tertius fortissime mulieres. **Veritas** tamen est que sup oia vincit p̄cipue veritas fidei de qua **Johānes** hec ē victoria que vincit mundū fides n̄ra **Vin** cere mundū p̄fecto non est parua victoria **Sancti** vero p̄ fidem vicerūt regna/fortes facti sunt in bello/castra verterunt exterorū.

Et qm̄ put antea notatum est/dies ho die celebris agitur de gloriosissimo martir ecclesie filio/beatissimo anthonio/victore strēuissimo/Placzet opib⁹ eius q̄ tradidit nobis littera/que p̄terea moralitas no/uit et docuit/que tandem anagogia p̄fecit ducens eum sup excelsa.placet in q̄s etiā ex/emplū inducere p̄ se sufficientissimū etiam si aliud deesset quo fortitudinem vini bui⁹ sacre sapientie cōcludere fas nobis est.

D **For** sitan inquires vnde beatissim⁹ anachoritarum **Anthoniū**/habuit vinū tale qui litteras non didicit. **Respondet Aug⁹** phemio de doctrina xp̄iana/q̄ non ex ho/minibus neq̄ p̄ humanū litterarū studiū hausit illud/sed diuine reuelationis infusione sibi collatum est. **Cuius** odor vini ministratus p̄ litteram gestorū suorū/quid in **Augustino** fecerit accipe/**Inebriauit** q̄ p̄pe cum pia sobrietate q̄ mor in virū altez mutatus est/et fugit ab eo sollicitudo vite p̄terite/tandem velut luce quadam securitatis infusa/post egestum torrētem lacrimarū/solidatus est in ipa lege christi. **Dice** bar/quid agimus? surgunt indocti et celum rapiunt/nos aut̄ cum scientijs nostris sūi corde zē. **Quisquis** igitur recogitat admiratur et gaudet augusti tibi traditū o sanctissima mater eccia: Gaudeat oportet cōgratuletur et gratias agat **Anthonio** **Qua** re? qm̄ ip̄e tam eximū et p̄clarissimū doctorem **Augustinū** tibi dedit: et hoc p̄pter testationibus suis/eiusdem **Anthoniū** miracula: p̄pter admirabile in sup vite sanctitatem: qz deniq̄ cōsiderauit dotes varias ecclesie in hoc vno collectas fuisse. q̄les no/uem enumerat **Aplūs ad Cor.** **Sermo** sapientie/sermo sciētie.fidel/gratia sanitatū opatio et tutū in demonijs eijciēdis.p̄phia discretio spiritū/genera linguarū/interp̄tatio sermonū et in epla p̄ntis dñice ad **Romanos** sumūtur decē et octo/qm̄ fuit **An**

thonius tribuēs i simplicitate/p̄fidēs i sollicitudine/misericos in bylaritate.diligēs sine simulatiōe/odiens malū/adherēs bono/caritatem fraternitatis diligens/bonore ceteros p̄ueniens/sollicitudine nō piger spū feruens/dño seruiens/spe gaudens/in tribulatione patiens/orationi instans/necessitatibus scōrū cōicans.s. spiritualib⁹/hospitalitatē talib⁹ sectās apud fr̄es suos. **Benedicēs** p̄squētib⁹ b̄ndicens et non maledicens.gaudens cū gaudētib⁹.flens cū flentibus.nō alta sapiens sed humilib⁹ cōsentiens. **Hec** oia opatus est vnus et idem spūs in **Anthonio** quē figuratiter vidit **Johes** in apocalipsi filiū eccie raptū in celum a facie draconis/de qua quidē ecclesia p̄mittit signū magnū apparuit in celo/mulier amicta sole iusticie/et luna totius mutabilitat⁹ sub pedib⁹ eius/et in capite ei⁹ corona stellarum. xij. que sunt vel. xij. apli/vel. xij. articuli fidei/vel vn̄uersitas gratiarū. **Lib** hic exclamare felix ista dies tanti patris anthoni: in q̄ natus est olim illustrissime memorie **Philippus** dur quondā burgūdie princeps pacis prudentissimus/memorā dus cū reuerenti semp̄ suspirio.nedū mihi sed toti gallie. imo et ecclie p̄dicauī sepe numero parisijs in hac die natiuitatis sue dicens inter cetera/diem hanc celebrem esse sibi deberē non. qz natus erat in mundum filius ire de matre que cōcepit eū in peccatis/maledicēda potius exemplo **Job** et **Jeremie**: **Retolenda** vero dies hec qz baptis mi regeneratiōem. qz natus est denuo me ruisset. qz rursus patronum talem et tantū quasi peculiariter dedisset in animi sui deuotione dñs deus noster. **Profuerit** tibi tunc et nunc tua hec deuotio p̄nceps illustrissime ad salutem anime p̄petuam. **Profecerit** insup ad inclite p̄stentis tue bonum et acceptum deo statum **Sic** opto. sic p̄cor atqz desidero. sine fictionis aut adulationis spūs testis est i celo iudex meus. coram quo est omne desiderū meū/scis quoniam ita mihi sum cōsciūs in veritate. per eat ergo falsitas et veritas vincat: veritatē enim vinci falsitate pessima ē victoria/vn̄ et si iubet primū diligere deus sicut seipm̄/q̄ vero diligit iniquitatem odit animam suā et seipm̄: consequens est qz ille primū odit qui iniquitatem in eo nutrit et diligit/put vidit philosoph⁹ in ethicis. tollens omnē ab impio amicitiam/etiam cum seipso.

Sed videat unde captus est sermo doceamus fortitudinem vini sacre sapientie et effectibus quos operatum est in Anthonio. Ita quod dicitur in Esdra quod seducit mentem. id est seorsum ducit. hoc nunquam non in Anthonio per spicue monstratum est. dum ad vnicam euangelici vini per gustationem ad vnam ut dicitur guttam si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus ipse prius a terrenis ad spiritualia ab imis ad summa a visibilibus ad invisibilia a caducis ad eterna seorsum ductus est. quoniam sedens in solitudine leuauit se super se usque ad deum ut viuens doerit non esse perfectam orationem que non ita raperet in deum quod superius nequaquam mererit. Nonne bona tibi videtur et optanda mentis hec seductio hec seorsum ductio quod inducit sapientie sacre vinum. Tradidit super hac mens seductio de doctrinis et industriis diuinis dyonisius in de mystica theologia memorabile est id quod littera refert de Anthonio qui occurrente sole faciem vertebat ad orientem ubi tam diu fixus stabat suspensus mentem ad celestia quousque sol oriens feriret radijs oculos eius quod Anthonius moleste ferens quod impedit o sol mentem meam celestia contemplari testis est huius analogia foros nostra quoniam ea duce cernebat in spiritu lucem de qua Boetius hanc quisquis poterit notare lucem candidos phobos radii os negabit. Sequitur alter effectus vini nuptialis et theologici quod regis et orphani facit mentem vanam aliam litteram vnam. Item serui et liberi pauperis et diuini. Tollitur hic acceptio personarum quod pusillum et magnum fecit deus. Nunquid soli diuites euangelizantur euangelizantur et pauperes unde in Hester nuptijs dabatur vnicuique vinum secundum magnificentiam regiam non iuxta diuitias sedentium vel paupertatem. Est autem vanitas aliqua mala ut ibi vani sunt omnes homines in quibus non est sapientia dei hanc non affert sed tollit sapientia et addit vanitatem laudabilem que ex humilitate fundatur quemadmodum tu felix heremi cultor et incola Anthoni super super hoc vino sapientie tere reputasti quasi nihilum et inane in conspectu diuine maiestatis et consideratione proprie fragilitatis dicitur cum psalmo. Ego ad nihilum redactus sum et iterum substantia mea tanquam nihilum est ante te Beata proorsus et rara vanitas hominum quam docet tradit et efficit per vinum sacre scriptu

re summus pincerna christus. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Alioquin euenit illud de marie cantico. Dispersit super perbos mente cordis sui. Est autem hec humilitas parens discretionis et custos dum non proprio quasi vano sed sanctorum patrum credit iudicio. De qua discretionem saluberrimum est Anthonii documentum. Concluserunt ex mutua patrum collatione quod ipsa est directrix aurigaque virtutum qua derelicta virtutes ceterae vix aliud operant nisi precipitium casum vel interitum. Hinc est illud anthonio missum celitus oraculum dum aspiciens mirabiles mundi laqueos exclamasset. Domine quis euadet illos? responsum est humilitas conformiter ad illud psalmo. Humiliatus sum et liberauit me. Sequitur tertius effectus vini quod loquimur omnem mentem conuertit in securitatem et iocunditatem iam id ipsum in Augustino meminimus hoc in Anthonio tradit littera fuisse quem non prius cognitum nouiter aspicientes agnoscebant inter ceteros patres ex quodam angelica vultus iocunditate et frontis oculorumque serenitate quem admodum cerne re est carnaliter quod homo potus vino bono fit hilarior atque iocundior et ut apud comicum est videtur a quile iuuentus. Propterea iubet in misterio salomon merentibus et his qui in tristitia sunt dari vinum. Quo circa subdit quartus effectus et non meminit et non meminit omnem tristitiam et debitum. Quo pacto sic certe quoniam vinum illud letificat cor hominis et exclaimare facit cum propheta secundum multitudinem dolorum in corde meo consolationes tue per vinum sapientie letificauerunt animam meam. Sed quid de debiti memoria vel exactorio? Audiatur dominus ad Job mystice loquens de solitario qualem pater dux et velut initium fuit Anthonius loquitur sub onagri similitudine. Quis dimisit onagrum suum liberum et vincula eius quis soluit? Qui dedi in solitudine domum et tabernaculum eius in terra saluginis contemnit multitudinem civitatis clamorem exactoris non audit circumspicit montes pascue sue et virentia que percurrit. Preclara est et accommodata propositio beati Gregorii super hunc locum expositio laeta. Sed ad quintum vini transeamus effectum et omnia precordia facit honesta quod prope nihil inquinatum est ubi est sapientia nihil impurum sordidum vel verecundum. Hinc

Sermo factus in die

in lacerationem tuam hinc denudationem
p demonū rabidos insultus non erubisti
agonista fortis **Anthoni**. Propterea noia
tum est nomen tuum iuxta pmissiones bo
ni **Yesu** in vniuerso mundo/pterea rursus
dici potes martir qui tormenta pessus es
eo crudeliora quo truculentior erat tortor
demon inferens ea **Spectaculū** igitur p/
ut loquitur aplūs. **Factus** es angelis dei
et hominibz imo ⁊ demonibz nec erubisti
tanq̄ bene ebrius sicut nec xps nudus cru
cem nec hypopolitus ppriam nuditatem ne
q̄ **Hoc** in misterio/nec apli vel martires e
rubuerunt vincula carcerem ⁊ ludibria; si
ceat hic carnē eccie saphicū de **Yohē** factū
dicere iubilo cordis ad **Anthoniū** / qui sil
fuit virgo martir et vates **D** nimis felice
ritiq̄ celsi nesciens labem niuei pudor; p
potens martir heremiq̄ cultor maxime va
tum/maxime quo ad cōsiderationes aliq̄s
Veniamus ad sextum vini salutaris ef
fectum quo debriat? homo non memit re
gem neq̄ m̄gratum **Que** ratio? plane qz fa
cit hominem nō timere eos q̄ corpus occi
dūt et p? hec ū hnt qd faciunt. **P**erspiciū
fuit hoc in **Anthonio** qz pncipibus ⁊ ipa
toribz tota mentis libertate rescripsit post
collaudatiōem q̄ credebant in xpm eos de
bere remisci qm̄ sup se dñm habent terribi
lem qui aufert spiritum pncipum terribi
lem apud omnes reges terre **Verū** qd loq̄
mur de regibz hoibz ⁊ magistratibz; cum nō
extimuerit **Anthoniū** illuz qui est rex sup
omnes filios supbie et cui nō est ptas filis
sup terram q̄ factus est vt nullū timeret; de
monis enī certamina ne dū nō expauit; s;
insultans puocauit. **T**radit littera **Antho
nium** dum adolescens impugnare a spiri
tu fornicationis rogasse deū vt videret im
pugnatorem suum; qui in specie pueri te/
terrini pedibus suis aduolutus est/q̄i blā
diens ⁊ supplicans; quem **Anthoni**⁹ mor
irrisit ⁊ cōspuit dicens absit deinceps vt yn
q̄ te timueri fedissime atq̄ vilissime **D**ul
ta sunt hmoi q̄ strenuitatem oñdūt **Anto
nij** aduersus pncipes tenebrarū harū; nec
minus solertiam discretionis cōtra suas in
sidias **Agebat** id qd alios docuit facere et
qd xpus teptatus egit/adducebat testimo
nia scripturarū ad omnem actionem suam
Doc autem non faciunt qui vel nesciūt vl
despiciunt scripturas sacras; aut q̄ eas des
teriori pueritate corumpunt. **E**xemplo

Que quod pcepto dei firmissima fide tenē
do dubitans aine forte moriamur. **Au**
diuimus de magnanimitate **Sequitur** in
effectu/septimo de magnificentiā ⁊ omnia
p talenta facit loqui **Recte** proorsus euenit
hoc in **Anthonio** cuius mens ebria vino
nuptiali eccie nihil pusillum/nihil vile/nī
bil exiguum cogitare dignata est/sed omia
de celestibz qz de sursum erat/loquebat ins
star aploz qui vino hoc hausto repēte loq̄
bantur magnalia dei **Sunt** hec pcor ma/
gnalia minuta nūmismata sapientie terre/
ne; non/sed talenta magna p que loqui fa
cit sapientia que de sursum est. efferens in
immensam cordis altitudines/sit hoc ana
gogia de **Anthonio** cui tanta fuit bona ge
nerosi cordis elatio. q̄ nō dignabatur ad
herere vel nubere sua vis irascibilis poten
ti alicui nisi summo. **Neq̄** sua vis rōnalis
nubere sapienti alicui nisi summo. **Neq̄** sua
vis cōcupiscibilis nubere bono alicui nisi
summo. dicens ex sententia de? cordis mei
et pars mea deus in eternum ⁊ iterum/mi
hi adherere deo bonum est. **S**i loquebat
igitur p talenta quid mirandum. **S**i diui
tias et opes hereditarias/si vas argenteū/
si nummos oblatos in deserto cōtempserit;
nullus admiretur. **Sed** neq̄ miretur il
lud qd sequitur octauo/**Et** nō meminerūt
cum biberint amicitiam neq̄ fraternitatē
Quid ita meminerint cū dicat pincernā vi
ni huius sponsus ecclesie xpus/si quis ve
nit ad me ⁊ nō odit patrem suum ⁊ matrem
⁊ uxorem ⁊ filios/adhuc autem animā suā
non est me dignus. **Compleuit** hoc bea
tissimus **Anthoniū** etiam ab adolescētia
relinquēs domum paternā ⁊ sorores ve
lut immemor carnalis amicitie. **Cui** p
pterea conuenit illud qd sequit nono. **S**
post non multum sumunt gladios quidni
sic fecerit athleta fortissimus **Anthoniū**
habens in exemplum pincernā ⁊ archi
tridinum vini huius dicentem. **Non** veni
pacem mittere in terram sed gladium **Ue
ni** enī sepere hominem aduersus patrē su
um/et filiam aduersus matrem suam/ ⁊ nu
rum aduersus socrū suā ⁊ inimici hominis
domestici eius. **Male** dicitur a propheta
qui gladium suum pbibuerit a sanguine.
Dunc gladium sumpsit et exercuit **Antho
nium** tanq̄ potens crapulatus a vino **Ac
dum** aduersus carnem et sanguinem et ad
uersus potestates aereas tenebrarum bar

aduersus etiam paganos phos quos mira
 verboꝝ subtilitate vincebat aduersus in su
 per hereticos p̄sertim arrianos pestiferos.
 dum accersitus est a sua solitudine in alexā
 dziam ciuitatem magnam q̄tās fidem bea
 tissime trinitatis quā corde credebat ad iu
 sticiam/ore coram toto pp̄lo confiteret ad
 salutem/q̄d et factū est. Quāuis enī docu
 erit q̄ monachus extra cellam aut solitudi
 nem/est sicut piscis extra aquam. Eui cit ta
 men cum zelus fidei et obedientia p̄latis ec
 clesie debita vt iret alexandriam. In qua ci
 uitate dum p̄meretur a turbis certatim ir
 ruentibꝝ/vt virū fama nominis celeberrī
 mū apud eos ip̄i vel visu cernerent vel ma
 nu tangerent/timentibꝝ et compatiētibꝝ
 nōnullis vt moleste ferret/ferretur respondit
 semibi quidem assucto turbis insultibus
 q̄ demonū/nihil affert hic pp̄loꝝus hoim
 concursus molestie vel turbationis. Ecce
 quomō contempsit hic onager solitari⁹ ml
 titudinem ciuitatis. Quippe tu scis o ana
 gogia quoniā inter hec omnia tota facili
 tate seruabat. **Antonius** monitōem eccle
 sie salutarem. sursum corda/responsio po
 puloꝝ est/habemus ad dñm q̄dā habet in
 patinis vel ad forum. Plane sicut euenit a
 liquibus vt in vasta solitudine turbulētis
 simam habent cordis inquietudinē ac ml
 tiplicitatem/sic et aduerso contulerat **An**
 thonio tranquillissimam cordis solitudi
 nem in medijs etiam populoz circūstrepē
 tiū occurribꝝ/īpa iugis exercitatio contem
 plationis anagogie/cooperante gratiadei
 simplicante et stabiliente mentem cordis
 sui. Ea demū vera pax est quā christus ec
 clesie filijs liquit. Non turbetur cor vestru
 neq̄ formidet aī. **Guido cartusien** Se
 quitur postremo vini nuptialis et theolo
 gici mirandus nimis et apud carnales in
 comprehensibilis effectus licet de corpali vi
 no quotidie sit exptus. Et cū a vino emer
 serint et surrexerint nō meminerunt q̄ gesse
 runt. Ita p̄fecto est quoniam aplicum exē
 plum secuti q̄tūcunq̄ biberint sobriam e
 brietatem spiritus/q̄tūcunq̄ p̄fecerint in
 virtutibus strenuis atq̄ magnificis ipsi
 ad anteriora se extendunt ea que postero
 ra sunt obliuiscētes/deputant p̄cedentia
 opera nullius meriti vel momenti. p̄pterea
 non ostentant illa sed cum **Jeremia** tanq̄
 pannum menstruate verēcundius abscon
 dunt ab oculis sponsi/cuius hec est iussio.

Cum feceritis omnia que precepta sūt vo
 bis dicite serui inuitiles sumus. Et o deus
 equissime quis omnia que iussa sunt imo
 vel pauca se fecisse poterit gloriari: q̄s po
 terit certus esse. Quidni p̄pterea filij homi
 num qualia cunq̄ fecerint ecclesie vino po
 tati libenter obliuiscantur nec meminerint
 que gesserunt. Et hoc est in p̄senti vita per
 fectionis euangelice culmen summū istud
 vere et sine fictione ex intimo mentis sensu
 cognoscere/nedum p̄ferre solo ore. **Ad**
 uerte et sensibus hec imis (res est non par
 ua) reponne. quemadmodū paulus p̄ egre
 gia tot cerramina post introductionem ei⁹
 in superna fluentia vini vite/vbi debriatus
 quid de vestimento corp̄is sui factum/esset.
 nescio inquit deus scit/oblitus fuerat tuni
 cam corporis sui in taberna celi/proclama
 bat non ex fictione vel mendacio/absit/mi
 nimus sum ap̄loꝝ qui non sum dign⁹ vo
 cari apostolus. Et iterum venit deus sal
 uos facere peccatores quoz p̄mus ego suz
 p̄mus peccatoꝝ tu es o **Paule**. Et vbi sa
 crilegi. homicide. adulteri. ydolatrie. p̄fidi
 vbi facinoribus et flagitijs omnibus opule
 tissimi. **Stat** snia p̄mus sum peccatorum.

Quocirca meditandum est quoniā ob
 stentare conobatur **Paulo** sicut et **Antonio**
 stultus p̄sumptionis spiritus laudes ipso
 rum merita gratias et p̄conia. Respōdebat
 vnusquisq̄ sibi ip̄i. Quid habes q̄d nō ac
 cepisti: q̄ si accepisti quid gloriaris q̄ non
 accepisti. Tu nōne de massa peccatrice ea
 dem cum ceteris: tu nūquid non in eadem
 dānatione cum ceteris? Quid igitur extol
 lere te vis aut vales p̄ ceteris. **Tibi** gratiaz
 multiplicem contulit deus. **Esto** neq̄ enī
 ingrātū esse obliuiscendo vel negādo te cō
 uenit. Sed esse tanto debes humilior ex
 munere/q̄sto te obligatiorem esse conspic
 in reddenda ratione. **At** uero nō es sicut ce
 teri hominū raptores/adulteri ieiunas bis
 in sabbato cum reliquis operibus bonis et
 esto. Sed si tales esset hominū ceteri sicut
 tu/si gratias recepissent a deo sicut tu/ipsi
 plus in dei laudes/plus in gratiarum acti
 ones feruescerent q̄ tu/neq̄ inaniter et luci
 feriano more gloriarentur vt tu/deniq̄ no
 li altum sapere/ time. Nunquid scis hodie q̄
 lis moꝝ sis futurus? **Petrus** negauit xp̄m/
 quando latro confessus est/ve tibi pauper
 homuncio/qui nescis an amore vel odio di
 gnus sis. **Qui** rursus tua q̄tūcunq̄ bona

Sermo factus in die

videatur opera / quia a districtione indicentur ab illo in cuius conspectu non iustificabitur omnis uiuens / quali preterea sine terminentur ignorans. Attendas denique quod hec insensibilitas tua pueniat non ex defectu peccati sed quia totus in peccatis obturpauisti stupidus / languens / cecus et marcidus. **D**eus ciebatur et obiciebatur apud beatissimos **Paulum et Anthonium** et similes qui bibebant ebriam sobrietatem vini sapientie / spiritus arrogantie sub increpatione tali / ne surgentes et emergentes ab ebrietate spiritali / meminissent per arrogantiam quam gessissent / qui iuxta quod predictum est effectus preceptus vini theologici. Sic oblitus fuerat deuotissimus **Bernardus** qui senex in seruitio dei dum egrotaret alium gemebar ad dominum / vapulem sane / quous miseraris afflicto / qui non reperis in me bonum quod remuneres. **T**empus meum perdidisti quia perdidisti / pro quo quid agam non habeo / nisi quod cor contritum et humiliatum deus non despicies. Refert littera de **Agathone** preter sancto qui proximus fuit **Anthonio**. Hic veniens ad extrema vite stetit immotus ad celum oculis per triduum / interrogantibus eum discipulis suis / pater ubi es / respondit ad tribunal iudicis isto / **E**t tu times pater. **I**n veritate fratres timeo / et non confidis in operibus tuis quod sunt finis deum / interim inquit studui quantum valui / seruare mandata dei / sed homo sum et alia sunt iudicia dei a lia hominum / preterea non confido quousque uero ante eum. **E**cce quemadmodum sanctus **Agathon** non meminerat quod gesserat. **L**eterum quid de te dicemus o maria pia mater ihesu / qui in nuptijs presens hodiernis / leticiam vini boni communis impetrasti / neque solis ipis sed vniuersis ecclesie sponse filijs misterium condonasti. **Q**uid de te dicemus inquam / nonne sicut pre ceteris humilior et gratie uino plenior inuenta es / sic apud te uilior in oculis tuis extitisti / placans toto humilitatis spiritu cum apostolo / venit deus saluos facere peccatores quorum prima ego sum. **E**xistimatio qualis sit aliorum non diffinitio. **E**go autem istud sobrie et absque dictione existimo credi posse non quod pia mater ihesu peccato fuerit vniuersis obnoxia / vel actuali / de quo non dubitatur / vel originali sicut pie credere / peccasset certe si non uenisset deus saluos facere peccatores. **C**uius saluationis ipsa precepta prima fuit prioritate non tempore sed dignita-

tis excellentie / in modo saluandi. **I**taque dimissa sunt ei peccata multa / non dico iam contracta vel acta per eam / sed est dimissio quod agitur peccati ne contrahatur vel agatur / quod loquitur diuinus **Dionysius** de purgatione angelorum / quia preterea dicit vnus doctor anglicanus / quem profundum schola nominat quod plures fiunt a deo nobis gratie pueniue seu negative / propter quas ei tenemur ad gratiarum actiones que positive / quam non est peccatum / non est periculum in quo rueri non posset homo / si non esset gratia dei preseruans / pueniens / et prohibens. **N**ec obstat his que dicimus illud christi / **C**ui plus dimittit plus diligit / propter ea potius et solidat. **Q**uid quod anima quanto biberit amplius de vino sapientie si scite et sobrie fecerit tanto perspicacior est / in uidentio et delicatior atque uiuacior in sentiendo turpitudine et puncturam peccatorum / non sane quod aliena peccata sola recogitatio sentit dolere et deflet / plusque habentis illa. **H**oc in ambrosio fuit notissimum / hoc quotidiano docent exemplo uiri iusti. **O**mittamus peccatores / omitteramus pyros homines. **N**one tu bone ihesu qui peccatum non fecisti / defles nostram facinorosa magis quam vulnera tua / cum clamore valido et lacrimis / exauditur es per tuam reuerentiam. **Q**uid igitur putandum est fieri dum talis aliquis scit peccatum aliquod videtur sibi / crede mihi quod non est dolor / sic dolor suus / pudor sicut suus / et fetor / et horror sicut suus / hinc despicit se abominatur se excandescit aduersum se factus est intolerabilis et odiosissimus sibi / flagellat se / rugiens a genu coram deo suo. **N**on ita peccatores se habent / et flagitijs omnibus plenissimi / quorum sensus spiritualis vel obstupuit vel obtorruit vel penitus emarcuit. **U**is tale uinum / noscitur lege in lege quid dominus in apostoli per mandatum angelo leodicie / quod neque calidus erat nec frigidus sed tepidus. **D**icis quod diues sum et locupletatus / nullius ego. **E**cce uirum sanctum in oculis suis / uirum memorem operum suorum. **S**ed quid sequitur intellige / **E**t nescis quod tu es miser et miserabilis / et pauper et cecus et nudus. **A**ccepte narrationem in tanta materie seueritate iocundam. **E**rat mulier inclusa / cui subseruiebat per fenestrellam quedam ancilla. **C**onueniebant alij multi / propter et curiositate / pars ex deuotione / pars ex miseratione. **A**udi erat fortassis hec inclusa quod iustus in principio accusator est sui / **E**rat ei mos de

missis oculis/rauca et exili voce cū singul
tibus/suspirijs et plangore se peccatricem
accusare se indignam videre lumen celi/p/
multitudine iniquitatum suarum: se ppter
rea reclusam esse audiebat ancilla frequen
tius hos sermones. Contigit tandem ali
quando venire quosdam ad locum illum/
quibus petentibus quid dñā sua hec bo
na mulier reclusa faceret. Respondit ancil
la sustinere paulisper: quoniam puto quies
scit/inter loquendum vt sit quesierunt ab
ancilla: quid ei de domina sua videretur.

Quid vultis dicam vobis/hec est pessima
peccatrix/pessima omniū qual terra sustinet.
Subaudiēs hunc sermonem reclusa/exi
lit de repente furens et insaniens/mentis
viliissima/mentis venefica. Ego bona sū
mulier. Porro ancille non defuit vāfra et a
cuta responsio. Oro p vestram fidem o do
mina/ne turbem iustitiam abam vos hacte
nus vera dixisse q̄ erat maxima peccatrix.

Quid responderet domina non habuisti
si q̄ est qui se nequiter humiliat. Et iterum

D Est qui corde loquitur et ore. Redeam⁹
ad Anthonium quem nō meminisse arro
gāter eoz que gesserat in ebrietate vini nu
ptialis ecclesie cōiēcimus tum ex multis q̄
littera tradit/tum ex hoc quia moriens ce
lari voluit sepulcrum suum/fecit hoc ex hu
militate quasi diceret deoz qui laudatur ab
hominibus vitupante te nō saluabitur ab
hominibus damnante te. Noluī igitur ab
hominibz gloriam que est putredo et ymis:
noluī sepulcrū suum egiptiaco ritu venera
ri post mortem. Verū aliter puidit qui hu
milia respicit deus immensa illum put cer
nere est tumulauit gloria.

D felicem dixerit
Aienne et Burgūdie regionem que vene
randis huius corpis sacro scī reliquijs de
coratur. **D** felices qui religioso et peculiari
quodā tantī patris obsequio dedicari me
ruerunt. **Q**uid q̄ gloriosissimus iste sā
ctus potentissim⁹ in miraculis p̄sertim sus
per obsessos a demonijs/simplicitate hu
miliem et nociuam in discipulo suo paulo
rusticano tantum coluit tantū venerat⁹ est
vt ad eum remitteret energuminos diffici
lis curatiōnis/se nō ad hoc ipm deputans
ydoneum. Hec nōne grādis/humilitas vi
ri tantī/cuius vita omnis fuit ascendendo
de virtute in virtutem/p centum et quattu
or vel eo amplius annos. Errant q̄ sobrie
tatem a carnibz/castitatē veneris non vten

tem criminantur abbeniationis vite: imo
et quādoqz mortis causas esse in religione
viventibz. Proinde notetur hoc et maneat
alta mente repositū. Nemo tam peccator ē
qui non veniam consequi/qui non saluari
posset si cōuersionem haberet ad deū pau
culo tempe vel momento/qualē velut as
sidue p tot annos habuit Anthonius. Ex
quo ppendite q̄st⁹ in eo fuerit cum ul⁹ meri
toꝝ in via/ quātus modo p̄mior in patria.
D viri num p̄celler vinum/ q̄ sic cogit fa
cere/vel put habet altera littera. **D** viri nū
p̄celler vinum/ qui sic cogitat facere sic An
thonius. H ē vinum diuine sapientie/vinū
fidei. Non illud in fame quod fabulam et
puerbum fecit in hoc concilio/ sed vinum
fidei p̄ciosissimum/ quo dotauit ecclesiam/
christus sponsus suus in nuptijs hodie
nisi ad mysticum sensum traduxeris. **D**
iuxta p̄missa et tanti patris Anthonii certis
simum documentum/ si rite p̄pinatum fue
rit non in aureo calice babilonis terrene a
nimalis et diabolice sapientie/ fm traditio
nes hominū veritatem in mendatio detinē
tium/ si pia/ cum sobrietate biberum exite
rit/ mentes potantium seducit p̄mo hoc est
seorsuz ducit. quod humiliat/ quod affecu
rat/ q̄ iocundat/ quod honestat. quod dat
magnanimitatē/ q̄ confert magnificenti
am/ quod tollit amiciciam noxiam/ quod
attollit instrenuitatem/ mirabilem. Et tā
dem posteriorum cogens obliuisti/ extēde
re semper in anteriora mentes facit. **R**
Eru
bescant igitur detractores sacre scripture q̄
vinum suum miraculose mistratū nuptijs
ecclesie/ p̄sertim die penthecostes quando
docti sunt apostoli omnem veritatem non
volūt p̄mu3 ponē/ sed illud vlt abominant
et nauseāt vel spnūt vlt negligēt/ aut certe mi
serabiliter dum biberunt in furorem suum
et insaniam vertunt/ quemadmodum vide
re est in febricitantibus/ quibus vinū quo
melius eo nocentius/ febris autem altera
qualis est deterior ipa peccati malicia: De
qua sapiens/ et excecauit illos malicia illoꝝ:
neqz sperauerunt mercedem iusticie. **E**
rubescant p̄terea qui laudibus tuis o glo
riosissime et vsqz ad vltimum terre nominatū
sūt/ pater anthoni/ non applaudunt s; de
trahūt/ q̄ mistros tuos vel non reuerenter
suscipiunt/ vel iridentes abijciunt/ miscē
tes contumelijs suis impietatem hereticaz
si veritatem habet accusatio que iudicialit

Sermo factus in die

facta est nuper in hoc sacro concilio; inue-
mus alium tibi fuisse deuotionis honores
o sacro sancta mater caput et magistra fide-
lium omnium romana ecclesia que constitui
sti vt vnus semp esset ordinis beatissimi pa-
tris **Antonij** qui romanam curiam sequens
ipse et fragmenta a mensa pape colligat in
elemosinam pauperum et curatus prius et qui
prochialis omnium qui vulgari vocabulo
curtiani nominantur existat. **Quo**it ad
hoc pius religionis christiane spiritus/reco-
gitans quot miraculis in vita/et post mor-
tem beneficijs et opitulationibus refulsit idē
Antonius presertim in hac quadam spali
prerogatiua. q̄ ignem sacrum fugat ex cor-
poribus in signum q̄ ignem concupiscen-
tie libidine p̄niciosiore inuocat refri-
gerat in cordibus. **Exclamat** ad odorem ig-
nis huius infernalis. **tempratus**. **O sacer-**
Antonij adiua me. **Confutauit** hereticos.
Antonius iam dictum est et repetit q̄ se/
nex et solitarius neq̄ populū habes subdi-
tum/neq̄ litteras didicerat/exiit heremū
et venit ad alexandrie ciuitatis magne con-
uentum **Attendant** obsecro (precor et abte-
stor) in spiritu lenitatis attendant exēplū
hoc profunda cogitatione qui constituti sūt
habere curam gregis dominici habere sub-
limitatem simul cum obligatione pastora-
lis officij/qui q̄ salutes animarum. qui pa-
cem regnorum/qui pullulantium assidue er-
rorum extirpationem/qui catholice verita-
tis elucidationem querunt/qui preterea robur
decus et honorem huius sacrosanctę synodi
cupiunt integrum seruare: cupiunt ab he-
resibus in sinu suo quotidie nascentibus ob-
uiare: p̄uideant celeriter ne pontifices sui-
ne doctores et vocem habentes vel de igno-
rantia si nesciant/vel de culpabili recordia
et acceptione personarum si negligant argu-
antur. **Urgebat** hoc loco zelus domus
dei/zelus ecclesie/zelus honoris et debiti hu-
ius sacri concilij. fortitudo vini nuptialis.
declamatoriam imo satiricam vel tragicam
innectiōem in hereses et errores cum suis
defensoribus. cum dissimulatoribus. qui
non minus damnosi q̄ culpandi sunt de-
latrare. **Sed** astitit moderatrix sobrietas:
expectetur ait tempus aliud. opportunus
locus. alter aptior et actus capaxior. **Neque**
eni desperandum imo sperandum est equa-
nimitur: q̄ hec sacrosancta synodus prout
cepit hereses extirpare/sicet p̄ficiet que radi-

cem doctrine pestifere succidendo/dedit in-
telligi consequenter ramorum adulterina no-
xia q̄ genimina debere succidi. **Propterea**
comprimatur vt p̄posuimus sermo noster:
ne vel loquacior effluat/vel plitior atrediet:
vel mordacior et satiricus exacerbescat. naz
quid opus teneres mordaci radere vero au-
riculas/ait p̄sius. **Succenseat** licet osten-
tatrix sui iactantia submurmuras illud eius-
dem satirici. **Scire** tuū nihil est nisi tesci/
re hoc sciat alter. **Feret** nihilominus e-
q̄ animo studiositas speculatrix/questiuncu-
las ab ea moras cum solutionibus vel sup-
primi vel inscriptis distribui. **Fiat** ergo
tandem finis in obsecratione qualem ab in-
itio p̄missimus. **Conuertatur** quesumus o
salutifer christus nunc apud nos in eccle-
sie nuptijs congregatos turbida grauis et
noxia aqua sapientie terrene animalis et di-
abolicę et fiat vinum sapientie salutaris in
sobrietate et sanitate potatum. **Conseque-**
mur autem istud miraculum patres religi-
sissimi. p̄res deo dignissimi: si mistice fuerim⁹
in chana galilee hoc est zelum habuerimus
transmigrationis ex hoc mundo ad patrem:
si preterea nostri **Jesu** mater salutaris istic af-
fuerit: si dixerit pia insinuatiue orationis
voce ad **Jesum** p̄ orationes hic vocati cū
discipulis: vinum non habent. **Si** subin-
de ministri qui sumus nos obseruauerim⁹
monitionem eiusdem matris **Jesu**. quod/
cumq̄ inquit dixerit vobis (non dubium
quin **Jesus**) facite: quia vinum sapientie
virtutem datur obedientie. **Nam** initium
sapientie timor domini. **Si** demum ydri-
as ad purificationem positas que sunt cor-
da nostra repleuerimus vsq̄ ad summum
aqua contritionis et lacrimose compuncti-
onis: que haurienda est de puteo profun-
de considerationis. hinc miseriarum nra-
quia cor contritum et humiliatum de⁹ non
despiciet: hinc miarum dei quarum non ē
numerus. **Tunc** faciet **Jesus** in initium signo-
rum. conuertet aquam hanc in vinum: ita
q̄ licebit vnicuiq̄ nostrum dicere cum p̄-
pheta. **Hunc** cepi nunc est initium: q̄ cum
considerauerit hō supple vineus hic tunc
incipiet: hec est murano dextre excelsi. **Lu-**
ius mutationis sacratissime et beatissime
nos p̄ gratie sue miraculum participes ef-
ficiat **Jesus** christus ecclesie sponsus deco-
rus gloria: q̄ est deus b̄ndict⁹ in secula amē.
¶ **Finis** sermo factus coram sacrosancto

generali constan. concilio. p dñm cancellari
um ecclesie parisiensis Anno dñi. Dcccc
xxvij. die dñica. xvij. Januarij. qua die fuit
festum beatissimi patris Anthonij

Finis.

Tractatus eiusdez

in quo soluit questiones in pcedenti fmo/
ne motas et tunc breuitate tempis vrgen/
te non solutas.

Maprie facte sunt in ebana ga
lilee/et erat mater Jesu ibi rē
Assis et tu nobiscum pia
mater Jesu / quās te petente
ministratur nobis hodie. **Vi**
num sapientie salutaris sancteq; deuotio /
nis qđ vt fiat te salutamus dicentes ane
Auprie rē. **S**up quadrupla themas hu
ius deductione coram scā constan. syno /
do tenuimus alias modū non dialogi so /
lius sed tetralogi quemadmodū quattuor
esse filias sacre sapientie eo tunc notatum
est quoz nomina z officia duplex hoc exa
metrū pandit. **A**sa gesta docet qđ credas
allegoria. **M**oralis quid agas / quo rēdas
anagogia. **P**orro subintroduca est studi /
fita specularis ancilla sapientie non in /
dustria que multas ab his forozibus que /
stiones sup nuptijs hodiernis / ab allego /
ria p̄cipue potierat. **E**t quādo de gloriosif
sumo anachoritarum Anthonio cui tunc
celebris erat dies exorsit deuotio verbum
fidei / qm̄ in sup breuitas amor plurima iā
dictata linquere iussit. repetit sepe z multū
eadem studiositas auida sciendi quatinus
in medium pdeant omiffa. hinc morē ge /
rere p̄suasit familiaritas secū velut a puero
traducta. **E**rat autem sextuplex ad alle /
goriam studiositatis questio. **P**rima qui /
bus ad ornata est dotib; eccia sponsa a xpo
sponfo suo. **A**ltera qualis est habitudo cri /
sti sponfi ad ecciam sponsam. **R**ursus vice
uersa qualis est habitudo sponse huius ad
sponsum suum z ad eius vicariū quem ap
pellamus summū pontificem. **A**mplius
quarto qualiter et qđ vtiliter deus carnale
coniugium voluit huius spūalis signū eē.
Subinde quo pacto materialis eccia spi /
rituale significat sic vt mutuas sibi laudes
et noīa cōdicēt. **D**emū sexto quib; modis et
locis sacre scripture figuratur he nuptie cri /
sti z ecclesie. **E**t quidem allegoria tradit
dit dotatam ecclesiam a xpo vini bonitate

quod vinum est non materiale / qđ multuz
potatum sicut loquitur sapiens irritatiōez
et iram z ruinas multas facit z in nouissi /
mo mordebit vt coluber a quo p̄posuit sapi
ens abstinere carnem suam vt animū suuz
transferret ad sapientiam. **V**inum igitur ta
le sed electissimum spūale z theologicū itel
ligimus / p̄sus optimum iocūdistimū z sa
natiuum quod sensit semiuuuis a samari /
tano curatus / hoc est vinum sacre scriptu /
re recreans viuificans atq; letificās cor ho
minis mira iocunditate spūs. si fuerit in so
brietate potatum iuxta monitiōez aposto /
li. **N**on plus sape qđ oportet sape / sed sape /
re ad sobrietatem que sobrietas est humi /
litas. **D**efecerat olim vinum istud i nu /
ptijs quas ab Abel iusto imo z ab Adami
deus fm̄ p̄positum voluntatis sue disposu
erat celebrare. ita vt iure dici posset vinum
non habent / habebant nec negamus pau /
cissimū admodū vinum istud sapientie sa
lutaris. **S**ed quid inter tot z tantos illud
erat / potabant passim plurimū vinum pre
stitutionis de aureo calice babilonis quo
meretripilla magna vanitas secularis in a
pocalipsi inebriabat reges terre. **D**e quo a
pud moysen fel inquit draconum vinū co /
rum et venenum aspidum insanabile. **E**t
antea vna eoz vna fellis / z botrus amarif
simus. **V**inū istud si nescis est sapie terre
ne animalis z diaboli mixtum erroribus
imp̄ijs / heresibus z blasphemijs quasi to /
tidem reptilibus venenatis. cuius toxica /
ta fer non est ecinanita bibent ex eo omēs
peccatores terre. **A**t uero dum aduenit xps
cum discipulis suis ad mysticas eccie nup /
tias / dum affuit ibi mater Jesu que illumi
nata vel illuminatrix interpretatur p̄pinatus
est vinum bonuz sapie que de sursum est p
reuelatiōem habitum qđ reseruatū est vs
q; adhuc. i. dum aduenit plenitudo tempo
ris quando gratia et veritas p̄ Jesum chri
stum facta est / quando p̄terea tristicie z tri
bulationis aquam conuertit in vinum le
ticie spūalis. **A**udi quomō. **S**ed quia in /
quit hec locutus sum vobis tristicia i ple /
uit cor vestrum / ecce ydras plenas aq̄ vs /
q; ad summū. **S**equitur admiranda con /
uersio dum subiungit **S**ed tristicia vestra
conuertetur in gaudium / hoc antea p̄dixit
rat ip̄e dum ait. **B**eati qui lugent quoniam
ipi consolabuntur. **H**ic autem luctū has
lacrimas inducit vinum sacre sapientie cō